

### Universitätsbibliothek Paderborn

Sancti Bonaventvræ Episcopi Cardinalis Albanensis, Seraph. Doctoris Ecclesiæ, Speculum Disciplinæ, Et Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi

> Bernardus <de Bessa> Bonaventura <Heiliger>

> > Antverpiæ, 1591

S. Bonaventvræ Episcopi Cardinalis Albanensis, Qvondam totius Ordinis Minorum Generalis Ministri, Seraphici Doctoris Ecclesiæ Epistola, continens xxv. memorabilia, omnibus Christo viuere studentibus ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-53148

### Ato ar her desperant da S. BONAVENTVRÆ EPISCOPI CARDINALIS ALBANENSIS, QVONDAM totius Ordinis Minorum Generalis Ministri, Seraphici Doctoris Ecclesiæ Epistola, continens xxv. memorabilia, omnibus Christo viuere studentibus vtilissima.

N Christo suo dilecto N. Qualicuque homine veteri iam exuto, Christo viuere, & mori mudo cupienti, Frater Bonauentura de Balneo Regio co fraver eius in Domino, Salutem. Quoniam dilectemi Brater in Domino, adhuc me in prælentia tibi posito instantissime supplicasti, ve te in postezum aliquibus literis exhortationis visitarem. Noui frater quod hæc dicens, ardentes prunas congeris super caput meum. Veruntamen affectuose instando duritiæ mez superbiam supplici humilitate vicisti : intantum vt ipse iam promitterem quod optabas; quamuis magis dignum foret hæc me à te suscipere, quam me tibi huiusmodi destinare. Quia tamen instantia tuæ deuotionis me compellit stultum. fieri in parte ista, sicut potero qualitercunque experiar quod hortaris. Non tamen tibialia specialia scribens, nisi ea quæ rudia & simplicia mihiipsi colligere proponebam: ex quibus iam plurima bene nosti. Sed interim alloques dilectionem tuam charissime; cum nullus, siniss liber à cut experientia certa docet, perfecte Deoseruite possit, nisi dissoluere amnino se procuret amma-

Wemo. Deo seruize potest,

XXV. MEMORABILIA. à mundo:oportet, li fequi volumus Dominum Saluatorem, voci nos prophetica obedire, vt 164 52,5 scalicet peccarorum colligationibus dissolutis, dissoluamus fasciculos deprimentes: quatenus à terrenis actibus dissoluti, sequamur liberis gressibus Redemptorem : quia iuxta Apostoli testimonium, Nemo militans Deo, debet se 2. Tim. 2,021 negotiis secularibus implicate. Nuquam ergo de aliqua re creata, nisi inquantum nostrum excitet divini amoris & dilectionis affectum, cor nostrum esse solicitum permittamus: quia multiplex rerum labentium varietas plus debito ruminata, non solum animum distrahendo, pacatæ mentis gratam interrumpir quietem ; verumetiam in animo gignendo phantasias, turbulete quassationis molestia, importune impellit eandem : sed porius affectionis omnium terrenorum farcina onerola depolita,absque retardationis grauedine, curramus ad illum qui nos salubriter inuitat, in quo est animarum opulenta refectio, & par summa Rhilipi4.7 quæ exuperat omnem sensum. Venire ad me, Mat. 21,22 inquir,omnes qui laboraris & onerati estis: & ego reficiam vos.] O Domine quo indiges? quare vocas? quid tibi commune pobiscum? O veræ pietatis vox! Venite ad me, inquit,& ego reficiam vos. O Dei nostri dignario admirabilis! O charicas ineffabilis! Quis enim aliquando fecit talia?quis vnquam audiuit?quifve conspexit similia ? Ecce invitat inimicos, hottatur reos, allicit ingratos. Venite, inquit, 2d me omnes. Er discite à me. Tollite iugum meum super vos : & inuenieris requiem animabus vesttis. O verba dulcia, verba Deifica, & penetrabiliora omni gladio ancipiti, intima præcordiorum euiscerantia: nimiaque repletadulcedine vsque ad diuisionem anime pertingentia! Expergiscere nunc o anima Christia-H. S na ad.

013.83

RÆ

LIS

AM

ralis

ccle-

mo-

Atu-

2112exti-

mu=

entu-

cius

te ma

a tibi

ofte-

rem.

unas

men

niam

iple

ma-

oàm.

10-

um.

que

alia

pli-

bus

ués

fi-

er-

ret

Q=.

S. BONAVENTYRAE na ad tantæ benignitatis amorem, dulcedinis tantæ saporem, & ad tantæ suavitatis odorem, Certe qui ista non sentit, infirmus est, alienatus est, iam proximat morti. Inardesce quaso ô anima mea, pinguesce amore, dulcesce sapore: nemo te prohibeat intrare, tenere, gullare. Quid amplius quærimus?quid vltra expectamus? quid desideramus in hac vita? Habemus in Christo omnia bona. Sed beu ô insania nostra mirabilis! O infirmiras miserabilis! O vesania detestabilis! Nam vocamur ad requiem, & sequimur laborem: Inuitamur ad solatium, & quærimus dolorem: Promittitur gaudium, & appetimus mœrorem. Mirabilis prorsus infirmitas, miseraque peruersitas. lam omnes insensibiles factisumus, & quasi deteriores simulacheis, habentes oculos, & nonvi-Pfat.113. dentes, aures & non audientes, ratione & non discernentes, amarum dulce, & dulce amarum ponentes. O Deus, vnde nobis tantæ peruersitatis correctio? vnde nobis tantæ offensionis satisfaction? Certe nihil tale invenitur in nobis, nisi tuo munere tribuatur. Tu enim solus potes nos corrigere: tu solus pro nostris deli-Ais satissacere, qui solus nosti figmentum nostrum, salus & redeptio nostra: qui solum illis hoc facis, qui se miseros conspicientes in imis, à te solum relevari confidunt. Levemus ergo 2d Deum mentis nostræ oculos in directo, & videamus vbi nunc prostrati sumus: quoniam qui proprium casum ignorat, surgere minus curar. Cognoscentes verò clamemus in sortitudine ad Deum de profundis, ve nobis adiutricem porrigat misericordiæ suę manum, que abbreuiari nunquam poterit ad saluandum. Heb. 20,33 Non quaso confidentiam amittamus, magnam remunerationem habentem. Adeamus 346.46 thronum gratiæ eius cum fiducia, fructum noftræ

3/R.5,20

IXV. MEMORABILIA. nostræ fidei reportantes, salutem scilicet animarum nostrarum. Nulla nobis insir cunctatio. Iam enim vita nos vocat, falus expectat, tribulatio compellit intrare. Quid ergo facimus? quid pigritamur? quid moras contrabimus? Festinemus ingredi in illam requiem Heb. 3, 11 iucuditatis eterne, vbilunt magna & infcrutabilia quorum non est numerus. Ascendar que- 101.51,50 fo Ierusalem super cor nostrum : suspiremus ad patriam nostram, tendamus sursum ad matrem nostram. Introcamus in potentiam Do-Pjal.70, 14 mini, & intueamur nostrum Regem in earegnantem, & liquescant in miserationibus eius corda nostra. Agamus illi gratias toto corde; qui defectum nostræ ingratitudiais non confiderans, suæ non abstulit à nobis misericordiæ pietatem: desiderium nobistribuens, ipfius viam currere mandatorum, quam fine desiderio nullus currere potest: quod quide munus no est vilipendendum; sed grariæ reputadum, cum hoc Propherarum ille eximius se afferat concupiisse qui ait: Concupiuit anima pfal, 118,20 mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Sed quia hoc ipsum desiderium aliquando nimia tepeditate nostræ incutiæ & neg ligentiæ lassessit; cogitaui quædam incitationis huius memorialia annotare, in quibus fugienda pateant & sequenda, quæ quide cura affectu affectuose speculantes, pristino vigore resumpto, tamdiu infatigabiliter virtutibus & gratiis in chatitate dinina crescamus, quo advique perfectum veniat desiderium collium Gen 49.2 aternorum. Ponuntur autem memorialium prædictorum prius quædam generalia, postmodum specialibus subsequentibus. ent Accidentation and course sarly siminous for estudious, cosesu -co thoras and complete and the complete of th

UNIVERSITATS BIBLIOTHEK PADERBORN

221122

dinis

orem,

iena-

poælo

fapo:

flare.

Ha-

infa-

rabi-

ir ad

ir ad

titur

Iam

ete-

DVI-

non

rum

rli-

onis.

no-

olus

1-

no-

illis

nis,

rgo

. &

am

us

H

1200

ue

n.

0-

US.

m

æ

# S. BONAVENTVRAE

Memorialia generalia. Sunt ergo quædam virtutes probatæ in invenibus, & scalæ salutis, per quas sine dubio ad

perfectionem virtutum, & culmen glorie poffunt ascendere fideliter exercitati per eas:vide. licer sancta verecundia in cuctis rebus & actibus, scilicet tarditas loquendi, promptitudo obediendi, frequeratio orationis, fugere otium & dissolutiones, pure & frequenter confiteri, libenter seruire, & infructuosum consortium deuitare. Hæ namque funt margaritæ fulgentes, quæ possessorem sunm Deo & Angelissa. eiunt gratiosum. Dum autem ei placuerit qui te segregauit ex viero matris tax, vocauitque per gratiam suam vt in te reuelaret imaginem filij sui, de miserabili servitute Aegyptiaca transferens te in libertate filiorum Dei;iamq; in viam noui hominis inceperis pedem ponere; quæ inter timorem & amorem humilitatis est semita constituta; tune per eandem humilitatis viam ad eminentiora conscendens, poteris te in altioribus exercere : ex quibns certa memorialia subscribuntur.

De concupiscentiis mortificandis.

Primum oportet ergo ante omnia te cupientem vestigia Saluatoris sequi: vt spem tuam tota fixamfin Domino habeas, de omnibus huius mundi consolationibus penitus defperans.

De vitiis extirpandis.

Secundum cft, vt ab omnibus vitiis & concupiscentiis malis, inquantum sustinet humana coditio, teipsum studeas penitus emundare; vt fermento veteri totius malitiæ & nequitiæ expurgato, ambules in nouitate vitæ post Christum : quia nisi pritis huiusmodi ca-

tenas iniquitatis confregeris, anima tua in tenebris aggrauata ad cælestia non poteris. eleuari.

De colligationibus resecandis.

Tertium est, vt à teipso dissoluas omnemcolligationem extrinsecam, vt sana & puramente possis Deo colligari.

De tribulationibus cum patientia to-

Quartum est, vt amore Altissimi & sponsitui Christi, omnes mundi huius persecutiones æquanimiter seras: imò si possibile est, pro voto suscipiens, solum in Christi passionibus delecteris; renuens que omnem temporalem lætitiam in ipsis tribulationibus hilareseas; omnes reputans tibi ad purgationem peccaminu, & lucrum animætuæ præparatas.

Ut de nulla re conqueraris.

Quintum, vt cum Creatorem tuum & Dominum te sentias offendisse, ratione tibi fieri, non poscas ab aliqua creatura.

De paupertate suipfius.

Sextum, ve habeas despectus temetipsum peupiens ab omnibus despici: zelansque sacratissimam paupertatem in omnibus quæ ad tessectans, asperitatem, vilitatem & parcitatem habeas quantum potes: non tamen in alius requiras; sed potius lætus & gaudens de omniconsolatione fraterna, eis sicut oportet obsequendo & ministrando assistas. Omnis consolationis cos reputans esse dignos: niss (quod absit) ita tibi in aliquo pateret diuina offensa, quod omni excusarione careret: de qua compariendo & timendo ex intimo corde doleas quantum potes.

in iu-

bio ad

ę pol-

:vide

cacti-

itudo

fiteri,

tium

gen-

ista-

tup 11

tque

nem

tiaca

mq;

one.

tatis

mi-

po:

erta

cu-

cm

m.

tus

Har

111+

11-

160

tæ

25

## 126 S. BONAVENTYRAE

De honoribus fugiendis.

Septimum est, vt omni tempore in timore stans, blanditias huius seculi, honores, glorias vel sauores, autas que vanæ gloriæ, quasi mortiferas pestes omnino sugias toto posse: stánsque continuò in teipso omni hora habeas te suspectum: quia si tuiipsius victoriam sueris assecutus, nullus hostis interius vel exterius tibi nocebit.

De humilitate vera.

Octauum est, vt amore illius qui cum sit. Dominus omnium cælestium, terrestrium & infernorum, pro mobis assumpsit vilissimam serui formam, in ea subiiciens se voluntarie hominum porestati; humiliado teipsum, omnem hominem reputes tuum dominum, & te verissime reputes seruum omnium, & in omnibus circa hominem te reputes sicut seruum. Sic enim tranquissitatem & pacem cum omnibus perpetuam obtinens, scandalum penitus ignorabis.

# De pace anima, & quomodo habetur.

Nonum, ve nihil corum tangas, quæ te spirituali veilitate non tangunt: hoc est, de nulla re cures vel implices te in aliquo exterius vel interius quoquomodo, vbi non inuenis anime tue lucrum. nec ia huiusmodi te ab aliquo implicari permittas.

De custodia sensuum.

Decimum, vt visui atque omnibus corporis sensibus omnimodam custodiam ponas: ita vt nihil prorsus velis videre vel audire aut tangere, nisi vtilia animæ tuæ. Linguam etiam diligentissime restringas; vt nihil loquaris, nisi interrogatus, vel necessitate vel vtilitate euidenti

603-

coactus. Et tunc cum reuerentia animi & timoris dulcedine, breuiter & submisse si potes, semper deuitans prolixitatem verborum, cosum occasiones iuxta posse præscindens.

De solitudine & vigiliis. Vndecimum, vt gratam sanctamque soli-

tudinem desiderans, omni tempore operationem vigiliaru habeas pretiosam, in ipsis semper offerens Deo orationes tuas cum attentione verborum, deuotionis feruore, & humilitate profunda.

De dinino officio.

Duodecimum, vt cum debes dininum offieium celebrare; ita factus in teipso quietus
obliuiscaris omnium terrenorum; quatenus sina mente cælestibus insistens mysteriis, cum
tanta illud deuotione, reuerentia, gaudio ac
timore persoluas, quasi inter Angeloru agmina constitutus, divino conspectui laudes præsentialiter offeras cum eisdem.

Quòd super omnia habeas in deuotione Virginem gloriosam.

Tertiumdecimum, vi gloriosam Reginam Domini nostri matrem benedictam in sum-mo habeas omni tempore venerationis affectu: & in cunctis ad eam necessitatibus, periculis & pressuris, tanquam ad resugium tutissimum te conuertas, ipsius tutela prasidium slagitando; eamque in tuam suscipiens aduocatam, deuotissime ac secure ruam ei causam committas: quia mater est misericordia, quotidie studens ei specialem & singularem reuerentiam exhibere. Et vi tua deuorio sit ei accepta & reuerentia grata, ipsius puritatem & munditiam omni virtute, mente & corpore, illibate in teipso setuando, toto conatu nitatisa.

nore

orias

nor.

anf-

aste

Jeris'

crius

n sie

n &

nam

aric

om-

& te

)m-

um.

om-

cni-

24%

Spi-

ulla

vel

mę

m.

115

34

TC-

11-

no.

III.

E18 S. BONAVENT VRAE zis, humilitate & mansuctudine cius vestigia amitari.

Quomodo fugienda sunt consortia

Quartum decimum, vr vbicunque mulieres & virgines & iuuenes quoscunque, præterne cessitatis vel manisestæ visitatis causam de uites. Et vnum vbicunque sucris elige tibi papietatis trem, virum quidem sanctum, discretum & pium, doctum potius experietia operis quam sublimitate sermonis, qui te verbis & exemplis essicacibus & probatis ad diuinum amorem instruat & instammet; ad quem in cunctis necessitatibus tuis possis habere recursum & spirituale solamen.

De fuga acedia & tristitia.

Quintumdecimum, vt omnem frigiditatem acediæ & tristitiæ, in qua latet via consusionis, quæ ducit ad mortem, à teipso summo
studio depellens, interius exterius que serenus
semper & tranquillus existas: nulli vllo modo
contradicas vel resistas in aliquo; sed potius
omni modo, per omnia omnibus acquiescens,
dummodo diuinæ laudi vel saluti animæ non
obsistat.

Quod de omnibus habeas bonums exemplum.

Sextumdecimum, vt omnes affectiones auss ac voluntates conformes dininæ voluntati. Omnia te ædificent; neque te deædificet aliquid in hoc mundo, puritatis & innocentiæ gratia dinini tibi muneris clargitæ. nec aliorum plus debito defectibus perturbatus, iniquitati addendo iniquitatem, alienis fordibus polluaris:ne, dum cupis alios de pelago liberate, deterius ipse cortuas in profundum. Poticis igitus:

igitur omnia quibus non potes sine detrimento prodesse, operiens charitate benigna, illi summæ sapientiæ derelinquas, quæ nouit bona de malis eligere quibuscunque, sicque in bonis operibus pariter atque malis, spiritualem Domino concedente potetis teperire profectum-

### De custodia cordis.

Septimum decimum, vt cor tuum seruans omni custodia, solisque spiritualibus exercitiis deditum, nullæ ibi rerum visibilium imprimantur concupiscentiæ: vt creaturis omnibus alienum liberè possit vacare omnium creatori.

De charitate ad proximos.

Octauum decirnum, vi imaginem ac similitudinem maiestatis diuinæ considerans in cunctis hominibus, italomnes deligas intimæ charitatis affectu, omnium que & maximè infirmorum, & quorum cuque indigentium curam geras; dumodo circa spiritualia tibi non siat nociua distractio: sicut bona mater diligit atque curat vnicum silium prædilectum.

## De orationibus cum operibus sanctis.

Nonum decimum, vt continue mentem tuam ita habeas ordinatam cum Deo, quod omne opus tuum atque exercitium tam mentis quam corporis sit oratio: omniaque seruitia, & maxime humiliora cu tanto facias chatitatis feruore, ac si ea Christo corporaliter exhiberes. Quod certe debes & potes veraciter cogitare: quoniam ipse dixit in Euangelio, Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi se-

De obedientia sancta.
Vicesimum, ve honorem & reuerentiam
omni-

beraorius igitus

estigia

Cortia

ulieres

terne.

m de.

ibi pa-

tum &

quam

exem-

amo.

n cun-

urlum

gidita-

confu

ımmo

erenus

modo

scens.

e non

ciones

lificet

alio-

dibus

S. BONAVENTVRAE 130 omnibus tam debita quam deuota sanctissimæ obedientiæ normam, non solum magnis verumetiam minimis, quasi pupillam studeas semper servare illæsam. Obediens quidem nedum maioribus ve prælatis: verumetiam omnibuste subiiciens quibuscunque, abnegando ceipsum pro Christo. In bonis & indifferentibus semper alterius studeas facere voluntatem. In nullo præbens te alieui onerosum: sed po-Rius in charitate Christi diligens vniuersos, teiplum communiter omnibus gratum reddens: affabilitates, amicitias, & familiaritates fugias singulares. Summoperè caucas ne vnquam verbo vel facto, vel gestu alicuius rancoris, odij, clamoris, iniuriæ, turbationis, murmurationis, detractionis, scandali & adulationis, & quorumeunque similium aliqua ratione vel modo per te vel alium caufa vel occasio

> Quod tribulationes & consolatio. nes occulte teneas.

Vicesimumprimum, vt virtutes vel gratias Spirituales, quas in te vel per te diuina misericordia operari dignetur, tribulationes & pralia, virtutifque propositum, vel similia ab omnibus abscondere studeas quantum potes. His tamen exceptis quæ proprio sacerdori in propria debent accusatione detegi: nisi forte alicui tuo speciali & probato amico ea spiritualis veilitaris gratia reuelares; cuius consilium veldoctrinam in huiusmodi credas tibi poste valere: solicitus semper furari tempus vbique; vt possis solitæ orationi & meditationi sancte vacare, vt fedendo solitarius eleuatus sis deliderioad superna.

Appropriate Acceptance

Threw.30 28.

flas.

Quad

XXV. MEMORABILIA.

Quod Deum semper & vbique habeas in memoria.

Vicesimumsecundum, vt solutus ab omni- Materia bus creaturis, tanto mentis conatu, desideriiq; copiosisferuore, circa tuum Creatorem intendas; vt tationis quali omnium inferiorum oblitus, quicquid beneficio agas, & vbicunque stereris, & quibuscunque negotiis impliceris, die ac nocte & omni momento & hora Deum semper habeas in memoria:credens & cogitans te effe veriffime coram eo, & iplum cogitas vndique te aspicere. Hæcauteni cogita cum magna reuerentia ac timore pariter & amore, & cu magna discretione: nunc ante pedes immensæ maiestatis eius prostratus, corde amarissimo peccatorum veniam postulando: Nunc sacratissima passionis filij Dei, gladio compassionis coram eius cruce vulnerarus, cum eo lachry mofus & flebilis apparendo: Nunc totius vitæ illius decurlu obliquitati tuæ velut rectitudinis linea proponendo: Nunc inenarrabilia & immenía Dei beneficia mente pertractans, gratiarum actionibus insistendo: Nunc stimulis ipsius amoris ardentissime punctus, ipsum in creaturis omnibus intuendo: Nunc potentiam, nunc sapientiam, nunc bonitatem & clementiam eius attendens, eum deuorissime in cundis operibus suis collaudado: Nune desiderio patriæ cælestis attractus, ad ipsum gemebundis suspiriis anhelando: Nune circa nos viscera inæstimabilis charitatis eius afpiciens, lætabunda quadam & excessiva admiratione, corde & animo in ipso deficiendo: Nunc te præcipitem, Nunc te fugientem, Nunc te ruentem, Nune Deum te tenetem, subleuantem, retinentem & attrahentem, Nunc Deum te ingratum per omnia conseruantem con-· TERES inderans,

Aiffi-

nagnis

tudeas em ne-

u om-

gando renti-

arem. d poo

terlos.

red-

1fates

e vn-

sran-

mur-

atio-

atio-

calio

21100

atias

feri-

præ-

om-

His

PTO-

alia

rua-

ium

offe

ue;

ctç

eli-

und

S. BONAVENTVRAE siderans, ineffabilibus diuinæ misericordiæ visceribus tibi patefactis, nimio in eo charitaais ardore te conferens, totum te fletibus re-10luendo: Nunc verò occultiffima, profundifsima & summe arcana, nimiumque stupenda audicia iustitiæ eius diligenter attendens, eum in omnibus fidelis & constans cum summo amore, ingeti quoque timore actremore, discretus supplex & humilis venerando. Prz omnibus autem continuam & viuam memoriam ipsius sacratissimæ passionis in animo & corde tuo ferens, ei, quantum potes, studeas conformari.

De solicita custodia suipfius.

Vicesimumtertium, vt super custodia tua vigilans omni tepore ab antiqui hostis frau-& Cer.18, dibus (qui sæpe se in angelum lucis transsigurans, omni tempore & omni via homini laqueum tédit & retia, vt animas nostras valeat captivare) solicitudine te tutissima tucaris: venantium laqueos fugiens sicut passer; tanteque puritaris humilitate sancta in oculis tuis fias, ve ne subtilissima eius retia te valeant continere: à quibus sane tune poteris liberati illæsus, cum effectus fueris Israel, continue mentalibus oculis videns Deum, quia no dormitabit neque dormier eius custos.

#JE1.120,4

De pura confessione peccatorum. Vicesimumquartum, ve tenens indefessum instituti sanctirigorem, sacris ardoribus cale-Rium desideriorum succensus, mentis & corporis munditiæ pulchritudinem, innocentiæ puritatem, conscientiæq; teneritudinem conservans, cura diligenissima caucas, ne vnquam Conscien- tependo in aliquo resipiscas. Ad quod quidem siæ quoti- diligentius & purius conservadum, quotidiana discussione, septies in die examines vitam

zuam.

cullia.

Luctans,

XXV. MEMORABILIA. ordiæ evam. Semperante vel immediate polt quam-Iritalibet horam Canonicam, considerans & dis-IS ICcutiens attentissime qualiter de hora in how ndifram ambulaueris digt è coram Deo, fine maenda cula in iustitiæ semita. Et quia nemo est qui cum lic disciplinam & justitiam observet, vt nihil nmo penitus negligat vel omittat : ideo necessadifrium est, vt ad poenitentia lauacrum recur-Præ rens cum dolore & gemitu, sæpissimè tuæ acmoculationi infistas. In qua quidem accusatione 10 8 seu confessione, integrè, veraciter & pure, sideas ne omni velamine excusationis vel occultationis seu palliationis, per ordine omnes tuos reterendo defectus, sacerdoti proprio tanquam Deo debes intimare, narrando priùs confiteda tua omissiones quas in his quæ sunt ad Deum fe praxis ele-'auisficisti; & maxime in oratione quantum ad du- gans. 112plicem eius partem, mentalem schicet & vocalem. Deinde defectus in observatione iustileat Ve-- 112 quo ad proximum: post, commissiones 12quas egisti ex mala custodia sensuum, & senfibus adiacentium affectionum & cogitatiotuis ant num. Hanc autem confessionem semper debet contritio & fatisfactio comitari: vt doleas rari nue videlicet de omnibus offensis, non solum de magnis, sed etiam de modicis: & dolendo ca--10 veas iterare culpam; semper studens causas & occasiones peccati præscindere, quantumeun-200 que per amorem videantur tibi coniunclæ: um quia tune iuxta Saluatoris sententiam eruen. Mat. 5,2 ledus est oculus scandalizans, id est, occasiones Maiss, 9 01peccati vitandæ, quæ quidem apparent nobis liæ dele Ctabiles nimium, etiam si multum nobis 11displiceant earum effectus. Vnde fortissimum m est in hac pugna bellum : & ideo oporter seem cundum Dei præceptum esse cæcum, surdum, 12-& mutum, & insensibilem ad omnia, in quiım bus non inuenit anima lucrum. Yt autem di-

3

ninorum

BIBLIOTHEK PADERBORN

m,

S. BONAVENTV RAE uinorum preceptorum, ciusque disciplinace. lestis observantiam, in supradictis & careis aliis solicitius intendas, ac feruentius accendaris; studeas hæc quinque semel ad minusinter diem & noctem affectuose & morose om-Quinque ni tempore sincera mente tractare: quam scimeditada. licet sit brevis vita nostra, quam lubrica via, quam mors incerta, quæ præmia iustis, quæ supplicia parantur iviustis: vt no sit servitium fine timore, nec gaudium fine tremore.

# Quales esse debemus in nostra reputatione quamuis perfecti.

Vicesimumquintum & vleimum : ve cum dinina gratia largiente omnia benefeceris, te seruum inutilem & peccatorem recognoscensi omni beneficio Dei reputes te indignum: femper robustissimam sidem tenens, repletus charitate diuina, fiducia magna, sperans ab ipso misericordissimo Patre misericordia tibivisceraapetiri : ve dum in fosfam profundæ humilitatis firmissima ieceris sidei fundamenta, erexerisque lucidissimos parietes continua ac feruidæ charitatis, decoratos omnium virtutum picturis, tectumque desideratæ spei beatissimæ posueris gloriosum; tandem omnibus ordinate dispositis, summus ille exlestis inhabitator, dulcisque hospes sidelium animarum, Freu. 8,31 cuius deliciæ sunt esse cum filis hominum; tamdiu tecum dignetur inhabitate per gratiam in præsenti seculo vel exilio, quousque post terminum vitæ huiur, in cælestis beatitudinis patria, gloriosa stola perpetuæ immorialitatis indutus, claritatem vultus eius, cum omnibus sanctis cernere merearis in iubilo : vbi erit summa felicitas & æ:erna beausudo.

XXV. MEMORABILIA. tudo, finis & complementum omnium deliderjorum nostrorum.

## Conclusio epistola huius.

Hoc veruntamen adhuc scias charissime frater indubitanter, quod nis perfecteabnegaueris temetipsum, sequi non poteris vestigia Saluatoris: & fine folicitudine continua & labore, eius gratiam adipisci nequibis. Et, nisi affidue pulsaueris portas eius, ingredi non poteris ad pacem mentis. Et nili te instanter Euligie in timore Dei tenueris, citò domus tua corruet in profundum. Et si fideliter & conftanter te tenueris, & exercitatus fueris in prædictis: spero in misericordia Salvatoris, quòd te gratia sua dignum faciet in præsenti, secumque potieris gloria in futuro: quod ipfe tibi concedat qui est trinus & vnus in secula seculorum benedictus, Amen.

Hæc autem charissime non ideo tibi scripli, quia te crederem talibus indigere: sed quia ante collegeram pro meiplo, cernensque meæ inconstantiæ pronitatem, seu constantiæ paruitatem, cogitani ea tibi tanquam coadintori fideli communicare: vt quod mea pulillanimitate negligentiaque teporis omittitur, tua magnanimitate feruorisque solicitudine restaureur; maxime cum te concordem quali omnibus votis meis in huiusmodi simplicio. ribus plutimum delectari cognoscam. Quapropter charissime in Christo, hæc ea rogo charitate suscipias, qua illa tibi me scio affectione missise: vr videlicer his omnibus tupradictis, quorum quidem disciplina non videtut esse gaudij sed mæroris, ita per calefilum studiorum exerciria studeas te maner-I pare;

) æ (æ.

æreris ccen-

US 10è om.

m sci-

a via,

, quæ

tium

.epu-

cum

15, 20

cens

lem-

cha-1plo

1 11-

hu-

mra,

e ac

TU-

ca=

DUS

ha-

m,

m;

13-

uc


U-

30

m

1-

0,



S. B Q.

